



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Memento pro Defunctus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

Memento pro Defunctis.

DUm *Memento* facio pro Defunctis, unio id orationi, quam submissè in Cruce fudit Dominus meus tribus horis, quibus orbis obvolutus tenebris. Dum autem *inclinans caput*, dico: *Per Christum Dominum nostrum*, video Christum in cruce caput inclinantem latroni converso, mihi que peccatori osculum pacis offerentem. Hinc recolens simul latronis ad Christum orationem: *Memento mei, dum veneris in regnum tuum*; dico cum magno animæ solatio: *Nobis quoque Peccatoribus,*

Oratio Dominica.

AD verba: *Per omnia secula seculorum*; altâ voce prolata, imaginor mihi, quòd Dominum meum post longum silentium audiam denuò loquentem, & quidem illa celebria septem verba, in quorum honorem ac memoriam septem orationis Dominicæ petitiones recito.

Libera nos Domine.

AD verba illa: *Libera nos Domine, &c.* & quòd osculum infigam patenæ, & quidem in loco, ubi signum est sanctæ Crucis, imaginor mihi plenam per Christum humani generis cum divina justitia reconciliationem, & quòd hæc pax virtute crucis coaluerit. Et quia per patenam, ut suprâ notatum est, significatur Domini mei divinitas, & hæc, sicut tempore passionis latuit, ità in cruce magis magisque paulatim denuò apparuit, & à latrone aliisque agnita est. Hinc patena ista jam quoque discooperitur, & sine involuero ad manum accipitur.

Qui-